



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Quomodo Conventui bonorum Angelorum intersit Sathan.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

12. *Pars secunda de elevatione*
& sic suos etiam Diabolos Lucifer regnis & pro-
vinciis præponit, putantque Cassian. Prospet,
&c. eum, qui restitit Gabrieli, ne reduceretur
ex Perside ad Palæstinam Judæorum populus,
fuisse Dæmonem à Luciferō præpositum regno
Persarum. Sed communis est SS. PP. alio-
rumque sententia, eum fuisse bonum Ange-
lum regno Persarum tutando & promovendo
à Deo præpositum. Et hic, tum ut Judæi diu-
turniores scelerum suorum pœnas fuerent, tum
ut gentiles Persæ plures verâ Dei notitiâ & lego
ab iis imbuerentur, conabatur contratiis Ga-
brieli precibus & rationibus impedire redditum
Judæorum ex Persia in patriam suam. Donec
*Michaël unus ex Principibus primis [juxta com-
muniorem supremus tertiae Hierarchiæ vel eti-
am omnium Angelorum Princeps] venit in ad-
jutorium Gabrieli, & intimavit Angelo Persæ
præsidi, Deum velle, ut Judæi in Palæstinam
redeant.*

Reflecte, quod non tantum Angelum Tu-
telarem tuum, sed etium patriæ, regni, &c.
in quo es, colere & venerari debeas.

*Quomodo Conventui honorum Angelorum
intersit Satan.*

QUæres 2. An Deus cum Angelis bonis &
malis habeat subinde conventus? cùm
Jobi 1. dicatur: *Quædam die, cùm venissent filii
Dei, ut assisterent coram Domino, adfuit inter
eos atiam Satan.* *N.* Deus, licet omniscius, &
Ange-

Angelorum ministerio non indigens , cùm tam
en ditionibus , regnis & singulis hominibus
suos assignarit protectores Angelos , eos audit
de ministeriis sibi impositis referentes , preces
& opera bona hominum offerentes . Dæmon
à visione Dei semel pro semper exclusus ubique
tamen Deum præsentem habet , & Angelorum
bonorum pro salute hominum excubantium,
ubi ille insidiatur , percipit præsentiam , & lo-
cutione mentali Deum Angelosque alloquitur ,
homines continuò accusat , & ad pœnam de-
positit , tum ex invidiosa rabie erga humanum
genus , tum quâ lictor & justitiæ divinæ admi-
nister . Aliqua , quæ postulat , subinde per-
mittit Deus , partim in pœnam scelerum , par-
tim ad majus justorum meritum , ut l. c. permi-
sit ; ut Jobum variis adversis affligeret . Sicut
autem Diabolus Angelis salutem hominum
quærentibus ubique se opponit , & hoc sensu ,
ubi filii Dei assistunt coram Domino , & ipse
adest ut criminator , sic in iudicio cuiusvis par-
ticulari & bonus & malus Angelus intererunt ,
ad hoc in actionibus tuis quotidianis & operi-
bus læpè reflecte , & subministra Angelo bono
materiam , ut te possit defendere ; malo eripe ,
ne te possit accusare .

Qualis lucta inter bonos & malos Angelos.

*Quæres 3. An lucta sit inter Angelos bonos
& malos , cùm Judas in Ep. suâ v. g. dicat : Cùm
Michael Archangelus cum Diabolo disputans*